

Willelmus de Montoriel *Summa libri Praedicamentorum*:  
An Edition

by Robert Andrews and Timothy B. Noone

Willelmus de Montoriel's *Summa libri Praedicamentorum* survives in a single manuscript version which was sundered into two manuscript codices, likely when the loose quires of Sir Kenelm Digby's library were bound in calf before being presented to Oxford Bodleian library.<sup>1</sup> Ms. Oxford Bodleian Digby 24 on ff. 1r-16v contains the first section of William's *Categories* commentary, while ms. Digby 2 contains the remainder (ff. 80r-84v), as well as the commentaries on Porphyry's *Isagoge* (ff. 68r-79v) and Aristotle's *De interpretatione* (ff. 85r-94v, incomplete) by the same author. The manuscripts have been described by Macray and De Rijk.<sup>2</sup>

De Rijk noted that the hand that wrote the three *Logica vetus* commentaries of ms. Digby 2 also copied the preceding logical summa "*Cum sit nostra*", which De Rijk edited from five manuscripts.<sup>3</sup> Note that two versions of the "*Cum sit nostra*" use as an example the imperative 'Willelme'.<sup>4</sup> Only the *Summa libri Praedicamentorum* is attributed to Willelmus de Montoriel, by its explicit and colophon, but the Porphyry commentary uses as example the name 'Willelmus' eight times (to the *Categories* commentary's seventeen), and the *De interpretatione* commentary for reasons of style should likewise be attributed to William. De Rijk transcribed a few paragraphs from the *Categories* commentary.<sup>5</sup>

P. Osmund Lewry was the first to attempt any investigation into the life of William of Montoriel, although his suggestions are exceedingly tenuous since he was attempting to draw conclusions about the milieu of the medieval miscellany ms. Digby 2 by examining its various components. From the name 'Willelmus frater de Montoriel' Lewry suggests that

---

<sup>1</sup> Cf. P. Osmund Lewry, "The Miscellaneous and the Anonymous: William of Montoriel, Roger Bourth and the Bodleian ms. Digby 2", *Manuscripta* 24 (1980):68.

<sup>2</sup> W. D. Macray, *Catalogus Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Bodleianae, Pars Nona. Codices a viro clarissimo Kenelm Digby, Eq. Aur., anno 1634 donatos, complectens* (Oxford 1883) col. 1-3; L.M. De Rijk, *Logica Modernorum. A Contribution to the History of Early Terminist Logic*. Vol. II, 1: *The Origin and Early Development of the Theory of Supposition* (Assen: Van Gorcum 1967):55-76.

<sup>3</sup> *Ibid.*, Vol. II, 2: *Texts and Indices*, pp. 413-51.

<sup>4</sup> *Ibid.* p. 419: "Willelme, fac ignem."

<sup>5</sup> De Rijk, *Logica Modernorum* vol. II, 1 pp. 57-8, 60.

William was possibly a Franciscan from Drogheda, County Louth (= Oriel) in Ireland.<sup>6</sup> Calendar evidence in the codex suggest it was assembled before 1280;<sup>7</sup> Lewry speculates that William may have taught in Ireland in the middle of the century, and that his commentaries circulated in Oxford around 1280.<sup>8</sup>

## THE SUMMA

The text is clear and very repetitive. William follows the text of Aristotle very closely, almost paragraph by paragraph. He makes a few *excursus*, to indulge his interest in number theory (on 12a9) and geometry (on 15a30). His elementary exposition, however, conceals a concern with deeper philosophical issues. For instance, he goes out of his way to emphasize that the categories concern extra-mental things: his introduction states that "Equivocals – or things indicated by an equivocal name in language – are those of which only the name is in common, but the definition different." In paraphrasing Aristotle he prefers the verb 'to be' instead of Aristotle's 'to be said', as in "Relatives are those things which ...." (at 8a29) and "Of those things which are incomplex ...." (at 1b25). William's realist conception of universals is confirmed in his *Isagoge* commentary.<sup>9</sup>

## ARISTOTLE TRANSLATION

In the text, words printed in bold indicate the text verbatim from Aristotle, which usually consists of only a few words, often a passage's first word and postpositive, serving to identify the *lemma*. From this evidence it is clear that William knew the *editio composita* as edited by Minio-Paluello, with variants following the tradition of manuscripts Cs and Ch. For examples, see the following passages: 2a3 "ut sedere, iacere"; 2a4 "ut calceatum esse, armatum esse"; 10b9 "non autem in pluribus hoc". Note, however, that 2b6 "Destructis primis substantiis" is closer to the florilegium of *Les Auctoritates Aristotelis* (ed. Hamesse 1974) p. 302 n. 12.

---

<sup>6</sup> Lewry, "The Miscellaneous and the Anonymous" p. 72.

<sup>7</sup> *Ibid.* pp. 68-9.

<sup>8</sup> P. Osmond Lewry, "Grammar, Logic and Rhetoric 1220- 1320", in J. I. Catto, ed., *The Early Oxford Schools*. History of the University of Oxford, vol. 1 (Oxford: Oxford University Press 1984):416.

<sup>9</sup> Guillelmus de Montoriol, *Summa brevis Porphyriana*, ms. Oxford Bod. Digby 24 f. 68r: "...universalia sunt aliquid in rerum natura, et tamen sunt in intellectu. Habent enim duplex esse: unum in anima, et aliud in singularibus secundum quod dicuntur quiditates et essentiae ipsorum singularium."

William usually rearranges, adds to, and paraphrases Aristotle's text. To take a typical example, when analysing the text of 1b17 William says "Diversorum generum quorum neutrum est sub altero, nec ambo sub tertio, diversae sunt species et differentiae." Later, when he cites the same rule on f. 14r, he says: "Diversorum generum et non subalternatim positorum diversae sunt species et differentiae", a reading which is almost exactly that of the *editio composita*, with the variant reading 'species' as in manuscripts Cs and Ch.

## THE SCRIPT

The manuscript is written in a firm, clear 13th century Anglicana hand. The text has been rubricated and annotated in at least two further revisions. Initial letters are in red and green, and some corrections in red have been supplied; these are likely by the scribe of the main text. Further corrections, annotations, and division headings (indicated in CAPITALS) have been added in black ink; these are in a hand different than the main scribe's. It is impossible to know who drew the fanciful figures which adorn the margins: dogs on ff. 3r and 4r; a rabbit-man on f. 3v; a lion on f. 7v; a bird on f. 9r; a face on f. 10v; and a pointing finger on 10v. A thirteenth or fourteenth century hand has practiced writing the numbers "6 5 7 8 4 3" in pencil on f. 13v, and then "0 9 8 7 6 5 4 3 2 1" on 14r. Folio numbers were added by a modern hand.

The parchment has disintegrated on f. 1; at some points we have conjectured what should be supplied, but failing that we have indicated the approximate number of letters missing.

We hold that the scribe is not William of Montoriel himself, as evidenced by some misunderstandings by the scribe noted in the apparatus. The colophon indicates the scribe's high assessment of the work: "William of Montoriel made me; I am better than honey".

## SPELLINGS AND ABBREVIATIONS

For this edition abbreviations have been expanded and the spelling normalized. We note here some spelling variations which may be of interest. The scribe writes *habundans*, *hee*, *hostria*, and *prohemium* for *abundans*, *eae*, *ostrea*, and *prooemium*, and *eri* for *heri*. Other notable spellings are *adquisitis/acquisitis*, *conveniensiis/convenientius*, *corulus/corylus*, *fedidus/foetidus*, *pasciantur/patiantur*, *vidieantur/videantur*. The scribe first writes *cenario* for *senario*, then changes to the classical spelling *senarium*; then he writes *cenarium* when he should have written *centenarium*.

## SOURCES

William cites no sources explicitly, but it is clear that he knows Boethius (perhaps indirectly), as witnessed by several verbal parallels, such as on 7a18: "Multa enim sunt animalia capita non habentia, ut ostreae, conchilia, et similia"; cf. Boethius *In Cat.* (1860) 224B: "multa enim sunt animalia quae capite carent, ut ostrea, et conchylia, et caetera huiusmodi." William likely knows Peter of Spain's *Tractatus*, given certain similarities of expression and organization. William certainly knows the Boethian *De institutione arithmetica* I,19-20, on 'perfect' and 'abundant' numbers, which he uses in explaining 12a9. He also knows Euclid, but not in Adelard of Bath's translation; his is closer to the Campanus translation of the Basel 1546 edition. William uses Euclid's Book II definition 2 of the gnomon in elaborating Boethius's discussion of the gnomon from *In Cat.* (1860):290D-291B. William quotes briefly from the pseudo-Cicero *Rhetorica ad Herennium*, but he may have taken this from Robert Kilwardby's *De ortu scientiarum* or elsewhere. A marginal annotator has the only explicit reference, to Augustine's *Confessions*.

When other authors are referred to in the footnotes, this is usually to point out some parallel in expression or argument; it is not meant to imply that William knew or influenced those authors.<sup>10</sup>

---

<sup>10</sup> The editors would like to thank Professor Sten Ebbesen for his editorial improvements, and to express appreciation for the St. Bonaventure Faculty Research Grant which made possible travel to Oxford in July, 1993.

Guillelmus de Montoriel

*Summa libri Praedicamentorum*

Oxford Bod. Digby 24 (XIII) ff. 1r-16v, continued in Digby 2 ff. 80r-84v

### Conspectus siglorum:

- <....> = addenda censemus  
 [...] = delenda censemus  
 «....» = litterae illegibiles factae sive  
           propter codicis corruptionem deperditae  
 [[....]] = deleta habet codex  
 \.../ = in margine sive supra lineam inserta  
 +....+ = corrupta esse videntur  
 /11r/ = incipit pagina 11 recto codicis

/1r/ **Aequivoca**, (1a1) sive res [est] notatae per nomen aequivocum in sermone, sunt **quorum solum nomen commune est**, sed definitio diversa. Verbi gratia, homo verus, qui est animal verum, et homo pictus, qui est animal pictum, sunt aequivoce animal, quia hoc nomen 'animal' praedicatur de utroque secundum eandem vocem. Sed definitio animalis prout praedicatur de homine vero, <est> ista: animal est substantia animata sensibilis.<sup>1</sup> Definitio vero animalis prout praedicatur de homine picto est [[animal]] talis: animal est assimilatio substantiae animatae sensibilis, et non substantia animata sensibilis.<sup>2</sup> Et sic patet quod istae definitiones sunt diversae. Et propterea nomen est aequivocum.

**Univoca dicuntur quorum nomen idem est** (1a7) et definitio eadem. Verbi gratia, homo atque bos sunt univoce animal, quia definitio animalis prout praedicatur de homine est: animal est substantia animata sensibilis. Et similiter haec eadem est definitio animalis prout praedicatur de bove et de asino et de similibus. Et propterea nomen est univocum.

**Denominativa dicuntur quaecumque** (1a13) habent denominationem ab aliquo nomine, «id est a» principali, a quo cadunt sive descendunt. Verbi gratia, 'grammaticus' «est» «de»nominativum quod descendit secundum logicum +casus+ propter «8 litterae» ab \hoc/ quod dico 'grammatica' tamquam a principali. Et hoc patet «quia aliquis dicitur 'grammaticus'» quia scit grammaticam, et 'fortis' quia habet fortitudinem»

<sup>1</sup> Cf. Boethius *In Cat.* (1860) 165A. Cf. Petrus Hispanus *Tractatus* III,1 (1972) 26 in *apparatu*: definitio hominis veri est substantia animata sensibilis.

<sup>2</sup> Cf. Petrus Abaelardus *Logica 'Ingredientibus'* (1921) 120: ...scilicet verum esse hominem substantiam animatam sensibilem, picturam vero assimilationem substantiae animatae sensibilis.

«11 litterae» et similia; licet grammaticae rectores qui «16 litterae» dicant econverso.

Et nota quod ista «16 litterae» quae patent per hunc versum: «16 litterae».

**Eorum quae** (1a16) per sermonem sig«nificantur, quaedam dicuntur complexa,» quaedam incomplexa. Incomplexa «ut homo, bos. Complexa ut 'homo currit', 'homo vincit'».

Item **eorum quae sunt**, (1a20) <alia> de subiecto inferiori <dicuntur>, in «subiecto vero nullo sunt,» /1v/ cuius<modi> sunt omnia universalia in praedicamento substantiae. \In/ subiecto vero nullo sunt eo modo quo accidentia sunt in subiecto. Verbi gratia, homo dicitur de Ricardo, et non est in eo sicut accidens \in subiecto/.

**Alia vero in subiecto sunt**, (1a22) ut accidentia particularia sive singularia. Verbi gratia, hoc album et hoc nigrum sunt in Sorte; **de subiecto vero nullo dicuntur**, quia sunt singularia. Non enim bene dicitur 'Ricardus est hoc accidens album'. Et etiam haec grammatica singularis est in anima ut in suo subiecto; et de nullo inferiori subiecto dicitur, cum sit singularis. Et hoc est generaliter verum quod singularia de nullo subiecto inferiori dicuntur; possunt tamen esse in subiecto. Et hoc, si sint individua accidentium, ut hoc album, haec grammatica, et similia; sed si sint individua substantiae, non sunt in aliquo subiecto, ut postea<sup>3</sup> patebit in quarto membro istius divisionis.

**Alia vero de subiecto dicuntur** (1b1), ut accidentia universalia; et similiter **in subiecto sunt**, cum sint accidentalia. Verbi gratia, scientia in subiecto est ut in anima, et de subiecto inferiori dicitur, ut de grammatica. Bene enim dicitur 'grammatica est scientia'.

**Alia vero neque sunt in subiecto**, (1b4) ut singularia,<sup>4</sup> cum non \sint/ accidentia; **neque dicuntur de «subiecto» inferiori**, cum non sint universalia. Verbi gratia, Willelmus, qui est individuum substantiae, neque «est in subiecto», cum non sit accidens; neque de subiecto dicitur, cum non sit universale.

Et «istae sunt duae» divisiones entium, quarum prima habet duo membra, secunda quattuor membra. «8 litterae» videtur in hac divisione 'dici de', prout superius dicitur de «suo inferiori» «10 litterae» ...ne(?). Et accipitur 'esse in' prout accidens est in «subiecto.» «14 litterae» quod dicitur aliquid esse \in/ quattuor modis «14 litterae» «vers»us:

«14 litterae» et totum partibus instat

«12 litterae» vel genus in specie.

«10 litterae» quod sit in efficiente

«10 litterae» ..e. Divide sic puer in

«10 litterae». /2r/

<sup>3</sup> Cf. infra in 1b4.

<sup>4</sup> singulares ms.

Item regula: **Quandocumque** (1b10) aliquod praedicatum, quod est superius in eodem genere praedicabili, **praedicatur essentialiter ut de suo inferiori subiecto** in eadem linea praedicamentali, quae praedicantur de <praedicato praedicantur de subiecto. Ut quando animal in praedicamento><sup>5</sup> substantiae praedicatur de homine subiecto inferiori, et homo praedicatur de Sorte, ergo a primo animal praedicabitur de Sorte. Et haec regula rectificat res eiusdem generis prout adinvicem comparantur. Et sic haec quidem patet sic: animal rationale praedicatur de homine ut de suo subiecto inferiori; et animal de animali rationali; ergo a primo animal praedicabitur de homine.

Alia regula: **Diversorum generum** (1b17) quorum neutrum est sub altero, nec ambo sub tertio, **diversae sunt species et differentiae**. Animalis enim differentiae sunt gressibile, volabile, bipes; sed scientiae quae est genus non sunt istae differentiae. Scientia enim non differt ab alia quia una sit bipes, et alia quadrupes; sed in eo quod una est practica, et alia theorica.<sup>6</sup> Et sic diversae sunt differentiae animalis et scientiae, cum scientia et animal sunt diversa genera.

**Generum** (1b21) vero quorum unum est sub altero bene possunt esse eadem differentiae et species, sicut species animalis solum sunt homo et angelus. Per hanc differentiam 'mortale' additam homini, et hanc differentiam 'immortale' additam angelo, sunt species animalis. 'Animal' de ipsis praedicatur, quia superius, ut animal, semper praedicatur de omni eo quod [quod] sub ipso est; et differentiae sunt eadem talium generum quorum unum est sub altero. Quia differentiae divisivae superioris generis sunt constitutivae inferioris, et etiam quia constitutivae differentiae superioris generis sunt constitutivae inferioris.

**Eorum quae** (1b25) sunt incomplexa, **singulum** aut significat substantiam, ut **homo, equus**; aut quantitatem, ut **bicubitum, tricubitum**; aut qualitatem, ut **album, nigrum**; aut relationem, ut **duplum dimidii duplum**; aut /2v/ ubi, ut **in loco**; aut quando, ut **heri**; aut positionem, ut **sedere, iacere**; aut habere, ut **calceatum esse, armatum esse**; aut facere sive actionem, ut **secare, percutere**; aut pati sive passionem, ut **secari, percuti**. Et sunt omnia haec incomplexa per se, quia simul coniuncta faciunt complexum, id est affirmationem vel negationem; et iterum sunt incomplexa quia per se sumpta non significant verum neque falsum.

---

<sup>5</sup> *Spat. vac. 6 litterae.*

<sup>6</sup> *theologia ms.* Cf. Hugo de Sancto Victore *Didascalion* (ed. Buttner 1939) 15-6: Rursus intelligentia, quoniam et in investigatione veritatis et in morum consideratione laborat, eam in duas species dividimus, in theoricam, id est speculativam, et practicam, id est, activam, quae etiam ethica, id est, moralis appellatur. 24: Philosophia dividitur in theoricam, practicam, mechanicam et logicam.

## SEQUITUR DE SUBSTANTIA.

**Substantia** (2a12) dicitur prima aut secunda. Prima est quae neque de subiecto dicitur neque in subiecto est, sicut accidens est in subiecto. Verbi gratia, Willelmus non dicitur ut superius de aliquo inferiori, neque est in subiecto aliquo, sicut album vel huiusmodi accidens est in subiecto.

Secunda (2a14) autem substantia est species et genus, in quibus primae substantiae \sunt/ sicut partes subiectivae in suo toto. Verbi gratia, Willelmus est in homine tamquam particulare in suo universali; et homo in animali; et per consequens Willelmus sub animali, vel in animali, continetur. Sunt igitur secundae substantiae genera et species. Et praedicantur de primis secundum idem nomen et eandem definitionem. Verbi gratia, hoc nomen 'homo' praedicatur de Willelmo, sic: 'Willelmus est homo'. Et similiter definitio eiusdem, sic: 'Willelmus est animal rationale mortale'.

Accidentia (2a26) autem singularia non dicuntur de primis substantiis secundum nomen, neque secundum definitionem, ut haec albedo vel hoc album, cum definitione careant.

Accidentia [[singularia]] autem universalia concretive sumpta praedicantur de primis substantiis secundum nomen et non secundum definitionem similiter, cum definitione careant. Verbi gratia, haec albedo vel hoc album de nullo praedicatur secundum nomen necque secundum definitionem, cum sint accidentia singularia. Album vero et nigrum, cum sint accidentia universalia, secundum nomen praedicantur de primis substantiis, \quia/ bene dicitur 'corpus est album' vel 'Willelmus est albus'. Et non dicitur definitio albi de corpore, cum /3r/ non habeat definitionem.

Patet igitur, quia omnia alia (2a35; 2b4) a primis substantiis sunt secundae substantiae aut accidentia, quae omnia dicuntur de primis aut sunt in ipsis. Et hoc patet quia animal non praedicatur de homine nisi quia de aliquo homine singulari praedicatur, quae est prima substantia; nec color accidens est in corpore<sup>7</sup> nisi quia est in aliquo singulari corpore.

**Destructis primis substantiis**, (2b6) omnia alia destruuntur, et hoc intellectis secundum esse quod habent in singularibus, et non secundum suas essentias. Destructo enim Sorte, destruitur homo in Sorte; non tamen destruitur homo in sua essentia. Et similiter destructo Sorte, destruitur color in Sorte; non tamen destruitur color in sua communitate.

Secunda vero substantia (2b7) quae est species magis est substantia quam illa quae est genus; et hoc est quia pluribus substat sive

---

<sup>7</sup> homine ms.



subicitur quam genus.<sup>8</sup> Non tamen est magis substantia quoad istam essentiam substantiae quam genus.

Et quod species dicatur magis substantia quam genus patet, quia propinquior est primae substantiae (2b8), et verius eius esse indicat quam genus. Verbi gratia, si quaeratur, 'quid est Sortes?', evidentius quoad nos et convenientius quoad rem respondebitur 'homo' quam 'animal'. Et etiam si quaeratur, 'quid sit quercus?' vel 'corylus?', convenientius respondetur 'arbor', quae est species, quam 'planta', quae est genus.

Et adhuc (2b15) sicut primae substantiae dicuntur principales et maximae, quia pluribus substant sive subiciuntur quam omnia alia, sic species, quia pluribus subiciuntur quam genera – cum species subiciantur generibus et non e converso – dicuntur magis substantiae quam genera.

Secundarum (2b23) autem substantiarum quae sunt species, nulla dicuntur magis substantia quam alia, quia aequè convenienter respondetur per easdem ad quaestionem factam per '<quid', ut si quaeratur> quid sit Sortes, convenienter respondetur 'homo'. /3v/ Et similiter si quaeratur, 'quid est Brunellus?', adeo convenienter respondetur 'asinus'.

Primarum (2b26) itaque substantiarum nulla magis est substantia quam alia. Verbi gratia, Sortes non est magis substantia quam Plato vel quam Ricardus.

Merito (2b30) igitur genera et species in praedicamento substantiae dicuntur secundae substantiae, quia dicunt quiditatem sive essentiam primarum substantiarum. Si enim quaeratur quid sit Sortes,<sup>9</sup> convenienter respondetur 'homo' vel 'animal', quae sunt secundae substantiae; sed convenientius respondetur 'homo' quam 'animal', ut praedictum est.<sup>10</sup>

Si (2b35) aliquis respondeat 'albus' vel 'niger' vel 'currit' ad hanc quaestionem 'quid est Sortes?', extra naturam primae substantiae respondebit, et non convenienter.

Adhuc (2b39) patet quod genera et species dicuntur secundae substantiae, quia non tot praedicamentis subiciuntur quot primae substantiae. Primae enim substantiae subiciuntur secundis substantiis et accidentibus. Verbi gratia, 'Sortes est homo', 'Sortes est animal', 'Sortes est albus' – et haec ideo dicuntur proprie et principales substantiae. Secundae vero substantiae non tot praedicamentis subiciuntur. Non enim [[secundis]] subiciuntur primis, sic dicendo: 'homo est Sortes' vel 'animal est Sortes', et propter hoc dicuntur secundae substantiae.

<sup>8</sup> Cf. Petrus Hispanus *Tractatus* III,7 (1972) 30: Secundarum substantiarum magis est substantia species quam genus, quia species est propinquior primae substantiae quam genus, et etiam quia pluribus substat.

<sup>9</sup> Cf. Boethius *In Cat.* (1860) 189A.

<sup>10</sup> Cf. supra in 2b8.

«PRIMA PROPRI»ETAS.

Communis (3a7) enim proprietas substantiae est scilicet non esse in subiecto, sicut accidens est in subiecto. Et hoc patet tam in primis substantiis quam in secundis, ut praedictum est.<sup>11</sup>

In primis patet, quia Sortes non est in homine sicut accidens in subiecto. In secundis patet idem, quia homo non est in Sorte sicut accidens in subiecto; nec etiam animal est in homine sicut accidens in subiecto.

Item patet quod [quod] secundae substantiae non sunt in subiecto, quia praedicantur secundum nomen et definitionem de illis de quibus praedicantur. Verbi gratia, hoc nomen 'homo' et similiter 'animal' praedicantur de Sorte, et similiter eorum definitiones, ut praedictum est.<sup>12</sup> Sed illa quae sunt in subiecto, ut accidentia universalis, non praedicantur /4r/ secundum nomen et definitionem de his de quibus praedicantur, ut praedictum est;<sup>13</sup> sed secundum nomen solum.

Non est autem (3a21) iam dicta proprietas proprie propria substantiae; et hoc est quia alii convenit, videlicet differentiae. Differentia enim non est in subiecto sicut accidens in subiecto. Et hoc patet eadem ratione qua prius,<sup>14</sup> scilicet quia praedicatur secundum nomen et definitionem de his de quibus praedicatur. Rationale enim praedicatur de homine, et similiter eius definitio, scilicet 'ratione uti'. Et similiter gressibile et eius definitio. Et nullum tale sic praedicabile est in subiecto ut accidens.

Nec conturbetur (3a29) aliquis super hoc quod dixit, scilicet quod nulla substantia est in subiecto (3a7). Per hoc credit enim aliquis quod partes substantiarum non essent substantiae, cum videantur esse in toto ut in subiecto.

Sed ad hoc sciendum quod partes substantiae non sunt in toto ut in subiecto sicut accidens est in subiecto, + <sed> ut si <n>t completae substantiae; nec completae in genere, cum sint in toto potentia, et non actu completo.<sup>+15</sup>

SECUNDA PROPRI»ETAS».

Secunda (3a34) proprietas, quae solum inest secundis substantiis et differentiis, est praedicari univoce de his de quibus praedicantur. Et non convenit haec proprietas primis substantiis, quia de nullo praedicantur. Secundis vero substantiis et differentiis convenit praedicari

<sup>11</sup> Cf. supra in 1b4.

<sup>12</sup> Cf. supra in 2a14.

<sup>13</sup> Cf. supra in 2a26.

<sup>14</sup> Cf. supra in 2a14.

<sup>15</sup> Cf. Petrus de Sancto Amore *Sententia supra librum Praedicamentorum* Paris BN 1374, f. 17rb: Nota quod pars substantiae non est in subiecto sicut accidens, propter duo. Primo quia pars non habet actum distinctum a subiecto. Item propter aliud, quod pars conducit ad esse totius, non autem accidens; ergo etc.

univoce, quia de quocumque praedicatur 'homo', et sua definitio praedicabitur de eodem. Et de quocumque praedicatur 'animal', et sua definitio.

### TERTIA PROPRIETAS.

Tertia (3b10) proprietas, quae inest solum primis substantiis, est significare 'hoc aliquid', id est rem singularem habentem unitatem numeralem.

Et sciatis quod prima substantia significat aliquid aggregatum ex materia et forma, demonstrata sensibili signata, non informata differentia specifica. Et ex [[materia]] \forma/ sic significando /4v/ aggregatum ex materia tali et forma, dicitur singulare 'aliquid' significare. Significando autem materiam prout est sensibilis, denominativa significat. Sed et sic significat 'hoc aliquid'.

### «SUBSTANTIA» SECUNDA.

Secunda (3b14) vero substantia dicitur significare 'quale quid'. Significando enim aggregatum ex materia et forma, materia dico informata differentia specifica, significat 'quid'. Significando autem differentiam ipsam materiam informantem, significat 'quale'. [[quid]] Et sic significat quale quid – quamvis deceptis per fallaciam figurae dictionis, videatur secunda substantia significare hoc aliquid. Credunt enim quod secunda substantia sub eisdem litteris et syllabis significat suum significatum et appellatum. Et \quia/ significatum est unum, quod propter hoc appellatum sit unum, et sic significet hoc aliquid.

Sed non est sic. Significat enim secunda substantia quale quid, sicut dictum est (3b14).

Nec significat simpliciter quale (3b18) sive solam qualitatem accidentalem, sicut 'album' et consimilia; sed qualitatem substantialem communem. Et communiorem significat genus quam species, quia plura supposita comprehendit. Plura enim comprehendit animal quam homo.

Et sic ponit tres proprietates <substantiae> prout<sup>16</sup> est res rationis ordinabilis in genere.<sup>17</sup>

### DE ALIIS<sup>18</sup> PROPRIETATIBUS SUBSTANTIAE.

Sequitur de proprietatibus substantiae prout est res naturae. Quarum prima est quod substantiis, (3b25) tam primis quam secundis, nihil est contrarium. Et hoc intelligatis in quantum substantiae sunt.

<sup>16</sup> id ms.

<sup>17</sup> Cf. Johannes de Siccavilla (attrib.) *Supra Praedicamenta Aristotelis*, mss. Cambridge Peterhouse 205 f. 10va, Oxford Canonici misc. 403 f. 15ra: ....et est quaedam celebris opinio quae ponit quod ens incomplexum dicibile (diuisibile C) ordinatum in genere est hic subiectum....; cit. in P. Osmund Lewry *Robert Kilwardby's Writings on the Logica vetus, studied with regard to their teaching and method* (Unpublished D.Phil. thesis, University of Oxford, 1978):91. Cf. etiam Albertus Magnus *Liber de Praedicamentis* (1890):150a.

<sup>18</sup> sex ms.

Ratione suarum qualitatum et operationum, substantia substantiae esse<t> contraria.<sup>19</sup> Verbi gratia, substantia alba est contraria nigredini.<sup>20</sup> Et similiter frigida est contraria calidae. Et sic de aliis.

**Non est autem** (3b28) dicta differentia proprietatis proprie propriae substantiae. Et hoc est quia aliis convenit, scilicet quia quantitati continuae et discretae. **Bicubito enim**, quod est /5r/ quantitas continua, **nihil est contrarium**. Nec etiam ternario vel quaternario,<sup>21</sup> quae sunt quantitates discretae, nihil est contrarium. Et sic de aliis.

Nec est instantia de magno et parvo, licet videantur esse contraria; cum non sint.

Secunda proprietatis substantiae est **non suscipere magis et minus** (3b34). Et hoc intelligatis esse verum quoad essentiam substantiae, et non quoad hunc actum qui est substat. Dicebatur enim prius in principio huius capituli quod 'prima substantia pluribus substat quam secunda substantia' (2b15-22), et sic est magis substantia una quam alia; sed non secundum suam essentiam. Verbi gratia, haec substantia secundum quod homo non est magis neque minus homo uno tempore quam alio,<sup>22</sup> sicut corpus album dicitur nunc magis album quam prius. Et similiter calidum <magis calidum quam alterum. Et similiter> bonum magis bonum quam alterum. Et album similiter dicitur magis album quam alterum. Et sic patet quod secunda substantia quoad qualitates accidentales recipit magis et minus, et quoad hunc actum qui est substat, et non quoad suam essentiam.

Tertia proprietatis (4a10) proprie propriae substantiae est quod sit susceptiva contrariorum. Verbi gratia, Sortes cum sit unum et idem numero aliquando est calidus et aliquando frigidus; aliquando pravus, aliquando virtuosus. Nulla vero alia a substantia sit susceptiva contrariorum. Verbi gratia, color iste non erit [[non]] simul et semel albus et niger; nec actio ista singularis erit simul prava et virtuosa. Et similiter de aliis quae non sunt substantiae.

Nisi aliquis instet, **dicens orationem** (4a22) unam et eandem numero esse veram et falsam, et sic recipere contraria. Verbi gratia, haec oratio 'Sortes sedet' /5v/ est vera, ipso sedente; et haec eadem oratio est falsa, ipso stante. Et similiter posset aliquis instare de opinione, **dicens ipsam unam et eandem numero esse veram et falsam**. Verbi gratia, opinio

<sup>19</sup> Cf. Boethius *In Cat.* (1860) 196A: Sed si quis forsitan dicat, cum ignis atque aqua substantiae sint, ignem aquae esse contrarium, mentietur. Non enim ignis aquae contrarius est, sed qualitates ignis qualitibus aquae opponuntur. Calor enim et frigus contraria sunt.

<sup>20</sup> nigredine ms.

<sup>21</sup> ternarium vel quaternarium ms.

<sup>22</sup> Cf. Petrus Hispanus *Tractatus* III,12 (1972) 31-2: Sortes autem non est magis homo in uno tempore quam in alio, neque est magis homo quam Plato.

quae opinatur Sortem sedere, quando sedet est vera; ista autem opinio quae opinatur Sortem sedere, quando non sedet est falsa. Et sic videtur suscipere contraria; ergo aliquid aliud quam substantia, ut videtur, suscipere contraria.

Solutio: non est instantia de oratione et opinione, quia alio modo suscipiunt contraria quam substantia. Substantia enim suscipit contraria secundum propriam mutationem. Verbi gratia, Sortes est frigidus de se, et de sua mutatione propria fiet calidus iam; et Sortes nunc pravus fiet iam virtuosus per naturam propriam. Oratio (4b7) autem et opinio non suscipiunt contraria de se, sed per mutationem factam in rebus de quibus sunt oratio et opinio. Nam in eo quod res est vel non est (4b9), est oratio vera vel falsa; et similiter opinio. Oratio autem (4a35) et opinio permanent eadem et impermutabilia secundum se.

Sic (4b13) non est de substantia. Sanitatem enim et languorem et albedinem et nigredinem et huiusmodi suscipit substantia secundum propriam mutationem.<sup>23</sup>

Quare proprie proprium erit substantiae (4b16), cum sit una et eadem numero secundum sui essentiam, ut sit susceptibilis contrariorum.

Et sic terminatur capitulum de substantia.

**Quantitatis aliud continuum, aliud discretum** (4b20). Continua est ut linea et superficies, corpus, tempus, locus. Discreta quantitas est ut numerus et oratio.

Et est (4b26) numerus discreta quantitas quia partes numeri ad nullum terminum communem /6r/ copulantur. Verbi gratia, quinque et quinque non copulantur ad decem tamquam ad communem terminum, sed semper sunt divisa ab invicem.

**Similiter** (4b31) oratio est discreta quantitas, quia particulae eius non copulantur ad aliquem communem terminum.

**Linea vero** (5a1) est continua quantitas, quia particulae eius copulantur ad communem terminum, scilicet ad punctum.

**Similiter** (5a3) superficies, quia eius particulae copulantur ad lineam ut ad communem terminum.

**Similiter** (5a4) corpus est continua quantitas, quia particulae eius copulantur ad superficiem.

**Similiter** (5a6) tempus, quia praeteritum et futurum copulantur ad praesens tempus.

**Similiter** (5a9) locus est continua quantitas, quia particulae eius copulantur, sicut corporis ad superficiem; quia ad quemcumque terminum copulantur partes corporis, ad eundem partes loci copulantur.

---

<sup>23</sup> naturam ms.

Et sciatis quod corpus est quantitas prout est ipsa trina dimensio; et est substantia sive species substantiae prout est quiddam habens per se trinam dimensionem.<sup>24</sup>

Secunda divisio (5a15) quantitatis, scilicet, est: quantitas [[continua]] alia habet positionem, id est, situm cum ordine, et permanentia; et alia non.

Quantitas (5a17) habens positionem est ut linea, quia contingit assignare ubi sint partes eius sitae. Similiter (5a20) superficies est quantitas habens positionem, et corpus et locus, praedicta ratione. Quia, scilicet, contingit assignare ubi particulae earum sitae sunt.

Numerus (5a24) autem et oratio sunt quantitates non habentes positionem, quia non contingit assignare ubi particulae earum sitae sunt. Particulae numeri non habent positionem, licet habeant ordinationem; quia sicut unus ante duo, et duo ante tres.

Et similiter (5a27) de tempore; quia licet ordinationem habeat, ita quod unum tempus /6v/ <prius sit alio>, [non] permanentiam non tamen habet. Est enim in continuo fluxu.<sup>25</sup>

Similiter (5a34) oratio semel prolata numquam eadem numero poterit resumere.<sup>26</sup>

Propria <e> (5a39) autem quantita<te>s et per se sunt iam dictae septem, s<c>ilicet linea etc. Et omnia alia per accidens, ut multum album, longa actio, motus multus. Et haec dicuntur quantitates per accidens. Album enim dicitur multum quia superficies multa, in qua est album. Et actio longa, quia tempus est longum in quo fit talis actio. Et motus multus, quia tempus est multum in quo fit talis motus.

Est autem (5b13) proprietas quantitatis, scilicet in quantum de se est, non habere contrarium. Verbi gratia, bicubito, id est rei duorum cubitorum, in quantum talis nihil est contrarium. Et similiter superficiei nihil est contrarium in quantum talis.

Nec (5b15) est instantia de magno et parvo, licet videantur esse quantitates et contrariae similiter.

Dicendum (5b16) quod non sunt quantitates, sed magis relativa. Dicuntur enim magnum et parvum in comparatione; et nihil dicitur absolute magnum vel parvum. Nam mons dicitur parvus respectu maiorum montium, quamvis sit magnus valde. Et milium, quod est parvum granum, dicitur magnum respectu minoris grani; sed numquam

<sup>24</sup> Cf. Petrus Hispanus *Tractatus* III,1 (1972) 33 in *apparatu*: Et nota quod loquimur hic de corpore quantitative et non secundum quod est substantia. Cf. Albertus Magnus *Liber de Praedicamentis* (1890) 199a: corpus enim est ipsa trina dimensio.

<sup>25</sup> Cf. Albertus Magnus *Liber de Praedicamentis* (1890) 200b: Sicut enim in aliis continuis fluxus continui est ab uno aliquo secundum aliquem modum indivisibili, ita est etiam in tempore.

<sup>26</sup> Cf. Boethius *In Cat.* (1860):208B.

diceretur mons parvus, nec milium magnum, si magnum et parvum dicerentur absolute. Quia si absolute diceretur magnum, numquam illud quod est magnum diceretur parvum respectu alterius, quod falsum est. Et similiter de parvo. Patet igitur quod magnum et parvum non sunt quantitates.

Et sciatis quod appellatur hic 'magnum' quod superat ea quae sui generis sunt. 'Parvum' dicitur [[quod]] /7r/ quod ab eodem superatur. Et non sumitur hic 'magnum' pro eo<sup>27</sup> quod est magnitudinem habens, quia sic est quantitas, ut dicitur.

Item si aliquis (5b30) supponat magnum et parvum esse **quantitates sive non**, nihil erit eis contrarium, quia semper dicuntur in comparatione. Praeterea, (5b34) si essent contraria, contingeret aliquid idem contraria suscipere in uno et in eodem tempore. Contingit <enim> idem esse magnum et parvum diversis respectibus. Sed hoc est impossibile, scilicet quod aliquid simul et semel contraria suscipiat, quia substantia – de qua magis videtur – contraria non suscipit simul. Sortes non est **sanus et aeger** simul; **nec albus et niger** simul et semel.

Item (6a5) si magnum et parvum essent contraria, contingeret aliud inconveniens, scilicet aliquid esse contrarium sibi ipsi. Cum \enim/ [[non]] sit magnum et parvum, idem erit sibi ipsi contrarium; sed hoc est impossibile.

Nec etiam est instantia de multo et paucis. Sunt enim relativa. Dicimus (5b24) enim in vico esse paucos homines, in domo plures, cum tamen sint plures in vico quam in domo. Et hoc non contingeret nisi multum et paucum essent ad aliquid. Et sic non sunt quantitates. Et sic, ut prius, quod quantitati nihil est contrarium.

Sed videtur (6a12) quod in loco sit contrarietas, et sic in quantitate. Contraria enim sunt quae posita sunt sub eodem genere <et> a se invicem multum differunt. Sed locus sursum et locus deorsum, id est circumferentia caeli et centrum terrae, multum distant. Ergo locus sursum et locus deorsum sunt contraria.


Ad hoc dicitur<sup>28</sup> quod in definitione contrariorum non fit sermo de distantia locali, sed de distantia in natura.

Dicitur etiam quod non sumitur hic recta <definitio> contrariorum, /7v/ cum dicat 'multum' (cf. 6a15) et non 'maxime'. Quia si dixisset 'maxime in numeri proportionem' ubi dixit 'multum', mentiretur. Maxima enim distantia non est a circumferentia caeli ad centrum terrae,

<sup>27</sup> esse ms.

<sup>28</sup> Cf. Boethius *In Cat.* (1860):212B; cf. Albertus Magnus *Liber de Praedicamentis* (1890) 218a: ...sed quod locus sursum est contrarius loco deorsum, non ex natura est qua locus est locus, sed ex hac natura qua locus distat a loco; locus enim non distat a loco per hoc quod locus est, sed per hoc quod distantia a principio facit contrarium naturam et formam in ipsa....

sed ad oppositam partem circumferentiae.<sup>29</sup> Verbi gratia, maior est distantia ab 'a' in 'b' quam ab 'a' ad punctum in medio; sit 'a' circumferentia caeli ex una parte, et 'b' ex altera; punctus in medio centrum terrae:



Et est (6a20) alia proprietas quantitatis, scilicet non **suscipere magis et minus**. Verbi gratia, una quantitas bicubita non magis dicitur quantitas bicubita quam alia. Nec numerus unus [[non]] magis numerus dicitur quam alius. Nec tempus et ceterae quantitates.

Et sciatis quod non negat Aristoteles extensionem in quantitate, sive maius. Maior enim potest una quantitas esse quam alia. Sed negat intensionem sive magis. Nulla enim est magis quantitas quam alia.<sup>30</sup>

Proprietas (6a26) autem proprie propria quantitatis est secundum aliquid dici aequale vel inaequale, sive aliquid esse proportionale. Verbi gratia, corpus est aequale vel inaequale alii corpori, sive proportionale. Et similiter numerus dicitur aequalis vel inaequalis alteri numero, sive proportionale; et tempus, et similiter ceterae quantitates.

Et si (6a30) aliqua alia dicantur aequalia quae non sunt quantitates, hoc non erit per se, sed per accidens, scilicet per quantitatem sive mediante quantitate. Verbi gratia, dispositio vel album non dicitur aequale vel inaequale proprie, sed potius simile vel dissimile. Et si dicantur aequalia vel inaequalia, hoc erit mediantibus quantitativis in quibus est dispositio talis vel tale album.

Et sic terminatur capitulum de quantitate. /8r/

Sequitur de relativis. Et dicuntur (6a36) ad aliquid sive relativa [dicuntur] **quaecumque** secundum esse quod habent referuntur ad aliud. Et hoc sub quacumque habitudine casus: ut maius secundum esse suum dicitur [de] aliquo maius; et sic refertur ad aliud in ablativo. Et duplum dimidii duplum; et sic in genitivo refertur ad aliquod. Vel in dativo, ut simile alicui simile. Vel cum praepositionis circumstantia, ut mons dicitur magnus respectu ad alium montem.

<sup>29</sup> Cf. Boethius *In Cat.* (1860):212C.

<sup>30</sup> *Adnotatio in summa paginae*: Nota quod maioritas et minoritas dicunt extensionem, et magis et minus dicunt intensionem.



Dicuntur (6b1) autem et alia relativa, ut **habitus, affectus, disciplina, sensus, positio**.

**Habitus enim** (6b5) est idem quod alicuius **habitus**, et **disciplina alicuius disciplina**, et affectus sive dispositio alicuius dispositio, et **positio alicuius positio**, et huiusmodi alia. Haec enim quattuor dicuntur ad aliquid in genitivo; <sup>+</sup>et non ut patet<sup>+</sup>. Sunt autem **accubitus et statio et sessio** (6b11) species positionis, et sunt ad aliquid dicta quia eorum genus, quod est positio, est ad aliquid. **Iacere autem** (6b12) sive accubere et stare et sedere **non sunt positiones**, sed denominative dicuntur a positionibus: ut stare dicitur a statione, et sedere a sessione. Sic patet definitio communis relativorum.

Et dicendum de proprietatibus eorundem.

**Inest autem** (6b15) relativis contrarietas, ut virtus et vitium sunt ad aliquid, <et> contraria sunt. Et scientia et ignorantia sunt contraria, cum sint ad aliquid.

Sed (6b19) haec proprietas non inest relativis omnibus. **Duplici enim** et triplici **nihil est contrarium**, nec alicui talium vere relativorum quae a formis non contrariis imponuntur.

**Videntur autem** (6b20) relativa suscipere magis et minus: ut simile /8v/ et inaequale. **Non autem** (6b24) inest haec proprietas omnibus relativis. Duplum enim non dicitur magis vel minus duplum, nec aliquod aliud vere relativorum. Et sic patet quod istae duae proprietates non insunt relativis omnibus. [convertibiles]

Sequitur de convertibilibus.

**Omnia autem relativa ad convertentiam dicuntur** (6b29); hoc est, conversim praedicatur quodlibet de altero, ut **dominus servi dominus** et **servus domini servus**, et **duplum dimidii duplum** et **dimidium dupli dimidium**, et **maius minore maius** et **minus maiore minus**, et sic de aliis.

Sed aliquando (6b32) differentia est in assignando convertentiam. Et contingit saepe quod secundum non dicitur ad primum in eodem casu quod primum ad secundum; ut **disciplina disciplinati disciplina**. Ecce qualiter secundum ad primum in genetivo dicitur, et primum dicitur ad secundum in ablativo, sic: **disciplinatum disciplina disciplinatum**; et **sensus sensati sensus** et **sensatum sensu sensatum**.

At vero aliquotiens (6b36) unum relativorum non dicitur conversim ad suum correlativum **nisi convenienter** assignetur, verbi gratia si sic dicatur ala avis ala, non bene assignatur. Multa enim alia, ut muscae et apes et vespae, habent alas, quae non sunt aves.<sup>31</sup> Dicitur quod sic assignari debet ad hoc quod fit convertentia: **ala alati ala**, et **alatum ala alatum**.

---

<sup>31</sup> Cf. Boethius *In Cat.* (1860) 224A: multa enim sunt quae habent alam, aves tamen nullo modo nominantur, ut apes sunt et vespertiones.

**Aliquotiens autem (7a5)**, quando nomen non est impositum, oportet fingere nomina, ut si remus assignetur correlative navi, non bene assignabitur. Non enim dicitur ad convertentiam. Multae enim sunt \n/aves, ut batelli, quae remos non habent. Propterea (7a10) non potest dici navis remi navis, nec remus navis remus. Nec etiam (7a15) caput dicitur /9r/ relative ad animal, nec e converso. **Multa enim sunt animalia capita non habentia (7a18)**, ut ostreae, conchilia, et similia.<sup>32</sup>

**Sic autem (7a19)** fingenda sunt faciliter, scilicet ut sumantur sive denominentur ab illis quibus est nomen impositum, ut **ab ala alatum, a remo remitum**, a capite capitatum. Et sic ad convertentiam dicantur ala alati ala et alatum ala alatum, similiter remus remiti remus – sive remus rei remitae remus – et remitum remo remitum, similiter caput capitati caput et capitatum capite capitatum.

**Omnia (7a22)** autem relativa aut sunt secundum dici solum aut secundum rem. Quae vere sunt relativa, **si convenienter assignentur** ad sua correlativa, dicuntur **ad convertentiam**. Si vero (7a24) assignentur vere relativa ad aliqua extranea impertinentia ad relationem talem, inconveniens erit assignatio; ut (7a29) si servus non assignetur domini servus, **sed hominis aut bipedis**, quae sunt extranea quoad relationem inter dominum et servum, **non erit conveniens assignatio**.

Et est una regula qua cognoscitur quando est conveniens assignatio, et alia quando non. Et est prima (7a31): si assignatur aliquid ad alterum ut ad correlativum, et remotis <per> intellectum omnibus accidentibus illius ad quod dicitur, adhuc dicatur ad ipsum, conveniens est assignatio; **ut si servus** dicatur relative ad dominum, remotis omnibus accidentibus quae sunt domino, ut esse bipedem vel scientiae perceptibilem<sup>33</sup> vel esse hominem removeatur per intellectum, **hoc solo relicto quod dominus est, semper servus ad eum dicatur**. Semper enim erit servus alicuius domini servus. /9v/

Secunda regula est (7b1): si assignatur aliquid ad alterum ut ad correlativum, sed, remoto aliquo accidente illius ad quod dicitur non amplius dicatur ad ipsum, non est conveniens assignatio. Verbi gratia, assignetur servus ad hominem ut ad correlativum, et ala ad avem ut ad correlativum, et removeatur hoc accidens ab homine, scilicet 'esse dominum', non iam erit servus ad hominem correlativum. Cum non est dominus, non erit servus. Similiter removeatur ab ave per intellectum hoc accidens 'alatum esse', et non erit ala correlativum. Cum enim non est aliquid alatum, non erit aliquid respectu cuius dicatur ala relative.

<sup>32</sup> Boethius *In Cat.* (1860) 224B: multa enim sunt animalia quae capite carent, ut ostrea, et conchylia, et caetera huiusmodi.

<sup>33</sup> Cf. Boethius *In Isagoge Porphyrii* ed. prima (CSEL 48) 63: solius hominis haec est definitio 'animal rationale, mortale, risus et disciplinae perceptibile'.

**Quare** (7b10) ad hoc quod fiat convertentia, oportet quod conveniens sit assignatio correlativi. Et hoc facile erit si nomen fuerit impositum correlativo. **Si autem non sit** (7b11) impositum, oportet fingere, eo modo quo dictum est (7a5).

Sequitur de secunda proprietate relativorum convertibilium, et est haec: **videntur autem** (7b15) omnia relativa **simul esse natura**, id est simul incipere et simul desinere. Quia posita se ponunt, et perempta se perimunt. Si enim duplum est, dimidium est, et e converso. Et si non est dimidium, non est duplum. Si dominus est, servus est, et e converso. Et si non est dominus, non est servus, et e converso. Et similiter in omnibus vere relativis.

Et sunt duae instantiae contra istam proprietatem, quarum prima est in scientia et scibili. **Scibile enim** (7b24) videtur esse prius scientia, tum quia praeexigitur ad existentiam scientiae; tum (7b26) quia destructo scibili, destruitur et scientia, et non e converso. Scientia enim ablata, non propter hoc aufertur scibile. Et hoc (7b34) patet quia destructo animali, destruitur scientia in animali; sed destructo animali, nihilominus possunt esse multa scibilia. Unde videtur quod scibile sit prius scientia. Et /10r/ dicuntur correlative. Scientia enim est respectu scibilis, et scibile respectu scientiae. Et ita videtur <propter> hanc instantiam quod relativa non sunt simul natura.

**Similiter** (7b35) alia est instantia de sensibili, id est de eo quod potest sentiri, et sensu. Videtur enim quod sensibile sit prius sensu, hac ratione (7b37): quia destructo sensibili, destruitur sensus, et non e converso. Hoc autem patet (8a1) quia destructo sensibili, destruitur corpus; et destructo corpore, destruitur sensus, cum sensus sit in corpore vel circa corpus; ergo destructo sensibili, destruitur sensus, et non e converso. Probatio (8a5): destructo animali, destruitur sensus; sed destructo animali, multa possunt manere sensibilia, ut lignum, lapis, et huiusmodi. Ergo destructo sensu, non destruitur propter hoc sensibile.

**Amplius** (8a7) secunda ratio quod sensibile est prius sensu: sensus est simul cum sensato, id est cum animali quod habet sensum; sed sensibile est prius quam sensatum; ergo prius est quam sensus. Illud autem quod potest sentiri est prius quam illud quod habet sensum, ut ignis, aqua, terra, aer, ex quibus ipsum sensibile sive sensatum sive animal constat, ergo [[quod]] sensibile prius esse videtur quam sensus, / ut videtur.

Et sciatis quod ea in quibus ponuntur instantiae secundum veritatem sunt in aliis praedicamentis, et non sunt vere relativa sed secundum dici solum. Propterea non sunt directe instantiae contra praedictam proprietatem. Omnia igitur vere relativa dicuntur ad convertentiam.

Habetur (8a14) enim dubitatio super hanc, scilicet an aliqua substantia sit ad aliquid. Videtur enim quod partes aliquarum substantiarum sint ad aliquid.

**Manifestum** (8a25) autem est quod primae substantiae non sunt ad aliquid, nam neque totum singulare neque partes singularis dicuntur ad aliquid. Non enim dicitur aliquis homo singularis alicuius aliquis homo, neque haec manus singularis alicuius haec manus, neque hoc caput alicuius hoc caput, et sic de aliis partibus singularibus.

**Similiter** (8a21) patet quod secundae substantiae non dicuntur ad aliquid, /10v/ **ut homo non dicitur alicuius homo** relative, **nec bos alicuius bos** relative; sed possessione, scilicet quia possidentur sub aliquo.

**In aliquibus** (8a25) autem videntur quod dicantur ad aliquid licet sint secundae substantiae, ut caput, quod est secunda substantia cum sit terminus communis et etiam species respectu singularium capitatum, dicitur alicuius caput, quia capitati caput. Et manus, quae est secunda [[species]] substantia, dicitur alicuius manus. Et similiter de secundis substantiis omnibus singularibus partibus aliarum substantiarum.

Solutio (8a29) dubitationis est impossibilis, supposita dicta definitione relativorum; quia si illa definitio relativorum sit, scilicet quod "relativa sunt **quaecumque hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur**" (6a36) etc., tunc multae substantiae sunt ad aliquid. Dicuntur enim in respectu. Sed non omnis <respectus> facit relativum. Nec dicta definitio est convertibilis cum relativis, sed haec: "relativa sunt quorum esse est ad aliquid se habere." (8a32)

Ex<sup>34</sup> (8a35) hoc manifestum est quod qui novit unum vere relativorum, cognoscit et alterum. **Si enim novit** (8a38) unum, novit eius esse; sed esse huius[modi] est ad aliquid se habere; ergo cognito uno definitive, cognoscitur et reliquum.

Non autem (8b15) sic est de capite et de manu, quae videbantur esse relativa. Cognita enim definitione manus vel capitis, non necesse est propter hoc <cognoscere> definitionem eius cuius est caput vel manus. Potest enim bene sciri unum, nescito reliquo. Propterea non sunt de numero relativorum. Et magis videntur esse relativa \secundae/ substantiae quam aliquae aliae substantiae; sed eae non sunt; ergo nullae.

**Difficile** (8b21) autem est confidenter determinare utrum ista vel alia sint relativa nisi saepius de eis disputetur et dubitetur; dubitare et disputare de dubiis, ponendo responsiones ad /11r/ utramque partem contradictionis, non est inutile.

## SEQUITUR DE QUALITATE.

Sequitur de qualitate.

Et est qualitas **secundum quam quales**<sup>35</sup> **dicimur** (8b25). Sumus enim diversimode qualificati secundum diversas formas accidentales, quae qualitates nuncupantur.

<sup>34</sup> Et ms.

<sup>35</sup> qual + spat. vac. 3 litterae ms.

Qualitas (8b26) autem plures habet species, quarum prima est habitus et dispositio. **Differt autem habitus a dispositione** (8b29) eo quod habitus est permanentior in suo subiecto quantum ad suam naturam et diuturnior in tempore, ut scientia et virtus. Dispositio vero (8b35) non diu permanet, immo de facili movetur a subiecto, ut **calor**, frigus, et huiusmodi. Scientia autem de difficili movetur cum sit habitus, et similiter virtus et iustitia et castitas. Scientia tamen (8b30), licet sit habitus, aliquando removetur a subiecto propter longam aegritudinem, ut si diu a studio steterit vel propter aliquid aliud quod memoriam impediat.

**Dispositiones vero dicuntur quae** (8b35) de facili mobiles sunt, quia hominem diversimode disponunt. Modo enim est homo calidus, modo frigidus; modo aeger, modo sanus. Propterea dispositiones vocantur et facile mobiles sunt, nisi (9a1) convertantur in habitum per longitudinem temporis et assuescentiam sive consuetudinem; ut aegritudo aliqua, quae primo per beneficium medicinae faciliter mobilis existens, per longitudinem temporis potest immobilis fieri, et sic in habitum converti.

Manifesta (9a10) igitur est prima differentia inter habitum et dispositionem, scilicet quod habitus est de difficili mobilis, dispositio vero de facili mobilis.

Secunda (9a10) differentia est quod habitus sunt dispositiones, et non econverso. Sunt autem habitus dispositiones, quia habentes habitum [habitum] dispositi sunt quadam dispositione firma et difficiliter mobili. /11v/ Habentes autem dispositionem qualemcumque, non propter hoc habent habitum.

**Aliud vero genus qualitatis est** (9a14) naturalis potentia vel impotentia secundum quam apti nati sunt aliqui vel non apti nati sunt ad aliquid faciendum faciliter vel non faciendum vel patiendum aliquid. Verbi gratia, **pugillatores vel cursores vel sanativi vel aegrotivi dicuntur quales secundum talem potentiam naturalem vel impotentiam**. Non autem dicuntur tales propter artem pugillandi solum.

**Sanativi** (9a21) etiam dicuntur eo quod habent potentiam naturalem ad resistendum cuilibet morbo.

**Similiter autem** (9a25) molle et durum denominantur a potentia naturali vel impotentia. Dicitur autem durum eo quod habet potentiam naturalem ut non cito secetur. Molle vero dicitur quod habet potentiam ut cito possit secari.

**Tertia species qualitatis est passibilis qualitas et passiones** (9a29). Verbi gratia, **dulcedo et amaritudo et austeritas** quoad obiectum<sup>36</sup> gustus et olfactus; et **calor et frigus** quoad obiectum tactus; **albedo et nigredo** quoad sensibilia visus; odor suavis vel foetidus quoad obiectum olfactus.

---

<sup>36</sup> obiectam ms.

**Manifestum** (9a32) autem est quod haec omnia dicuntur qualitates quia subiecta<sup>37</sup> in quibus sunt dicuntur qualia secundum istas. Respondetur enim ad quaestionem factam per 'quale' de subiecto, ut 'qualis est homo?' respondetur 'albus' vel 'niger'. Similiter si quaeratur 'quale est mel?' respondetur 'dulce'.

**Passibiles vero qualitates** (9a36) dicuntur praedicta non quia subiecta quae suscipiunt istas qualitates aliquid<sup>38</sup> patiantur ab illis qualitatibus – non enim mel (9b1) quod est subiectum dulcedinis ideo dicitur dulce quia patitur aliquid pro sua dulcedine propria quae est sua qualitas – /12r/ sed (9b5) dicuntur passibiles qualitates quia inferunt passionem sensibus particularibus istis perceptibilibus. **Dulcedo enim** (9b7) facit quandam passionem sensui gustus; calor sensui tactus; et sic de aliis.

Sed (9b10) non omnes passibiles qualitates dicuntur praedicta ratione solum passibiles, scilicet quia passionem inferunt sensibus; sed quaedam dicuntur passibiles quae causantur a qualitatibus praedictis. Verbi gratia, albedo et nigredo et alii colores, qui sunt obiecta ipsi visui, dicuntur passibiles qualitates quia a passionibus causantur. Ab erubescencia enim, quae est passio quaedam, dicitur aliquis rubens, et a timore pallidus. Et sic patet quod huiusmodi qualitates causantur ex passionibus naturalibus sicut ex acquisitis; ut si quis naturaliter sit timidus, est pallidus; si verecundus, erit rubicundus.

#### DIFFERENTIA INTER PASSIONES ET PASSIBILES QUALITATES.

Est autem (9b20) differentia inter passiones et passibiles qualitates, tam in corpore quam in anima. In corpore dicuntur passibiles qualitates omnes illae dispositiones quae causantur ex passionibus permanentibus innatis vel acquisitis. Verbi gratia, pallor sive nigredo causata ex naturali complexionem, vel ex infirmitate longa, vel propter minimum calorem, nigredo illa causata dicitur passibilis qualitas. Passiones vero (9b29) dicuntur illae dispositiones quae de facili a subiectis removentur, ut rubedo propter verecundiam aliquando proveniens, et pallor propter timorem, dicuntur passiones et non passibiles qualitates, cum cito transeant. Nec dicimur secundum eas quales.

**Similiter autem** (9b34) et passiones et passibiles qualitates dicuntur in anima differenter. Passibiles qualitates sensibile<s> in anima sunt dispositiones quae causantur ex passionibus /12v/ interioribus naturalibus difficiliter<sup>39</sup> mobilibus, ut est ira vel dementia et talia huiusmodi quae dicuntur passibiles qualitates. Quales enim secundum eas dicuntur aliqui, ut iracundi et dementes.

---

<sup>37</sup> subiciant ms.

<sup>38</sup> qui ms.

<sup>39</sup> differenter ms.

**Similiter autem** (10a4) dicuntur passibiles qualitates quaecumque qualitates insunt animae non a natura subiecti, sed quae sunt extrinsicae dispositiones, et in anima diu permaneant; ut odium propter ingratitudinem, et dolor vel tristitia propter amissionem alicuius rei. Passiones autem dicuntur in anima dispositiones faciliter praetereuntes, ut ira aut tristitia.<sup>40</sup> Non enim dicitur aliquis iracundus propter iram aliquando accidentem ab extrinseco, sed dicitur magis aliquid passum fuisse in anima.

#### QUARTUM VERO GENUS QUALITATIS.

**Quantum vero genus qualitatis est forma** (10a11) quae est qualitas circa corpus quod est quantitas; et similiter figura consistens circa superficiem est in quarto genere qualitatis. Et similiter rectitudo et curvitas quae sunt qualitates lineae, acuties et obtusitas in angulis, et huiusmodi sunt in quarta<sup>41</sup> specie qualitatis. Secundum (10a14) unumquodque istorum dicitur aliquid quale, ut esse triangulum vel quadrangulum vel curvum vel rectum.

**Rarum vero** (10a16) vel **spissum**, et **asperum** et **lene**, non sunt qualitates, licet videantur esse. Sunt enim in genere positionis, cum dicant quendam ordinem partium quantum ad naturam suam propriam. Et hoc patet quia **spissum** dicitur adesse eo quod partes eius propinquae iacent; et ita imponitur hoc nomen 'spissum' a propinqua positione tamquam a forma. Et sic erit in genere positionis. **Rarum vero** (10a22) ponitur a distanti partium positione tamquam a forma. **Lene** autem (10a23) a directa positione partium, **asperum** vero ab aequali partium positione. Patet igitur quod eae quattuor sunt in genere positionis primo et per se, licet ex consequenti possint dici qualitates prout diversimode /13r/ sunt sensibilia sensibus secundum diversas ordinationes partium. **Fortasse alii** (10a25) sunt modi qualitatis, sed isti sunt usitati.

**Qualia** (10a29) vero sunt quae denominative a qualitatibus dicuntur vel alio modo quam denominative, ut patebit postea. Denominative dicuntur ut grammaticus a grammatica, et iustus a iustitia. Et talia dicuntur qualia, ut scilicet grammaticus a grammatica, et iustus a iustitia. **In aliquibus vero** (10a32) qualia dicuntur alio modo quam denominative a qualitatibus; quando scilicet non sunt nomina imposita ipsis qualitatibus in abstractione sumptis, ut **cursor** (10a34) vel pugillator; qui dicitur quale secundum naturalem potentiam, non dicitur denominative ab alia naturali dispositione. Non enim potentiis naturalibus sunt nomina imposita secundum quas possit alia dici qualia.

Sed **in disciplinis** (10b2) sunt nomina imposita a quibus dicuntur aliqui quales, ut ab arte dialectica dicitur dialecticus, et ab arte pugillatoria

---

<sup>40</sup> tempus ms.

<sup>41</sup> tertia ms.

dicitur aliquis pugillator qualis; et non a naturali potentia dicitur qualis. Et a palaestrica sive ab arte luctandi dicitur aliquis palaesticus vel luctator.

**Aliquando autem** (10b6) accidit quod licet nomen fuerit impositum qualitatibus, nihil tamen dicitur quale ab his denominative, ut a virtute non dicitur aliquis virtuosus denominative, licet in principio vocis convenient et in fine differant, cum non sit penitus hinc inde idem significatum. Non enim dicitur aliquis virtuosus ab una virtute absolute, sed a multiplicatione virtutum sive plenitudine. **Non autem in pluribus hoc** (10b9) convenit, scilicet quod qualitas habeat nomen et nihil ab ea denominetur.

Qualia (10b10) igitur dicuntur quaecumque a praedictis qualitatibus dicuntur denominative, vel aliquo alio modo.

**Inest autem** (10b12) contrarietas qualitatibus in abstractione sumptis, ut **iustitiae iniustitia contraria est, et albedo nigredini**. Et in concretis similiter quae qualia dicuntur, ut **iniustum iusto contrarium, et album nigro**. /13v/

**Non est autem** (10b16) haec proprie proprietas propria qualitatibus, quia non convenit omnibus; quia rubedo et pallido, qui sunt medii colores, nihil est contrarium secundum quod contrarietas est completa sive maxima distantia eorum quae sunt in eodem genere. Si (10b17) autem unum contrarium fuerit in \praedicamento/ qualitatis, manifestum est quod reliquum erit in eodem. In nullo enim alio praedicamento erit; ut si iustitia iniustitiae est contrarium, et iustitia fuerit in praedicamento qualitatis, similiter iniustitia erit in eodem.

**Suscipit autem qualitas magis et minus** (10b25), ut album magis et minus dicitur altero; et iustum in concretione magis iustum altero dicitur, et minus, in diversis temporibus respectu sui subiecti, vel in eodem tempore respectu alterius.

Non (10b28) tamen est haec proprietas communis omnibus qualitatibus abstractis, ut iustitiae. Dicunt (10b32) enim quidam iustitia<m> unam non magis vel minus esse iustitiam alia iustitia; nec unam sanitatem alia sanitate magis et minus dici. Dicunt tamen (11a2) quod in concretione sive in comparatione ad substantiam recipiunt magis et minus. Minus enim vel magis unum subiectum alio subiecto habet iustitiam vel sanitatem et grammaticam et ceteras dispositiones. Et hoc verum est. **Grammaticior enim** (11a5) alter altero est, et **iustior et sanior** et sic de aliis.

Quaedam vero qualitates sunt quae non suscipiunt magis neque minus in se neque secundum quod comparantur ad sua subiecta; hoc est neque in abstractione neque in concretione. **Triangulus vero et quadrangulus non** (11a5) dicuntur magis et minus suscipere, nec alia aliarum figurarum. **Quaecumque enim** (11a7) recipiunt definitionem circuli vel trianguli aequaliter et non secundum magis et minus sunt



trianguli vel circuli. Quae<sup>42</sup> autem (11a9) non recipiunt definitionem eorum non sunt magis nec minus, nec aliquo modo trianguli vel circuli. Nihil /14r/ enim (11a10) magis quadratum quam quadrangulus <est>, <et nihil magis circulus quam> circulus est. Nullum enim (11a11) eorum definitionem circuli recipit. Et ex hoc [[aequaliter]] elicitur haec regula (11a12), quod nihil participans definitionem alicuius est magis vel minus illud cuius est definitio; vel nullum duorum compositorum non recipientium circuli definitionem dicitur alterum altero magis vel minus. Patet igitur quod non omnia qualia recipiunt magis et minus (11a14).

**PROPRIE PROPRIUM QUALITATI EST.**

Harum vero (11a15) proprietatum praedictarum, nulla proprie propria est qualitati. Sed (11a16) proprie proprium est qualitati quod aliquid secundum eam dicatur simile vel dissimile, et non secundum aliquid aliud praedicamentum. Nec (11a20) potest aliquis dicere inconvenienter eadem esse posita in praedicamento qualitatis et relationis, ut habitus et dispositiones. Non enim est hic inconveniens. Nec est contra istam regulam, scilicet "Diversorum generum et non subalternatim positorum diversae sunt species et differentiae" (1b17). Et est una causa, quia in talibus generibus potest esse ad aliquid secundum dici vel sermonem, licet species non sint ad aliquid nec secundum esse nec secundum dici. Disciplina enim, (11a25) cum sit quoddam genus, dicitur relative; dicitur 'alicuius disciplinati disciplina'. Sed grammatica, quae est eius species, non dicitur relative; nec musica et huiusmodi secundum se, sed secundum suum genus, possunt aliquo modo dici ad aliquid; ut grammatica alicuius disciplina (11a30) dicitur, non autem alicuius grammatica relative. Non enim convertitur 'aliquis' et 'grammatica aliquis'. Unde species istae sunt qualitates solum. Genus vero earum sunt in genere qualitatis et in genere relationis.

Praedictae (11a34) vero species, scilicet grammatica <et> musica, sunt verae qualitates. Eo enim quod eas habemus, dicimur scientes. Et sic quales dicimur secundum easdem. Sunt igitur in genere qualitatis, et non in praedicamento relationis.

Alia autem causa est quare unum et idem potest esse in diversis praedicamentis: est diversa ratio. Unum enim et idem potest esse in diversis praedicamentis, /14v/ ut in praedicamento qualitatis et in praedicamento relationis diversis rationibus, quia in uno per se, in alio per accidens. Habitus autem et dispositio sunt in praedicamento qualitatis per se, in praedicamento autem relationis per accidens.

---

<sup>42</sup> Quod ms.

De actione et passione.

### PRIMA PROPRIETAS ACTIONIS ET PASSIONIS.

Restat (11b1) ut de actione et passione determinetur. Habent autem duas proprietates. Prima est quod tam actio quam passio recipiunt contrarietatem ratione suarum qualitatuum a quibus causantur. Verbi gratia, **calefacere <ad> frigidum facere**, quae sunt res actionis, **contrarium est**. Et **calefieri**, quod est res passionis, contrarium est ad frigidieri. Et quoad animam, **delectari ad**<sup>43</sup> **contristari** contrarium est.

### SECUNDA PROPRIETAS.

Secunda (11b5) proprietas actionis est et passionis quod recipiunt magis et minus. **Calefacere enim magis et minus** contingit aliquid; et **calefieri magis et minus**; et **contristari magis et minus**; et cetera huiusmodi. De his duobus praedicamentis haec sufficiant.

Dicendum est (11b9) de quattuor residuis. Dictum est autem de positione in capitulo de relativis, (6b12) ubi mentio facta fuit de positionibus concretis, et de stare, sedere, et similibus, quae denominative dicuntur a positionibus.

De reliquis autem (11b11) tribus praedicamentis, scilicet quando, ubi, habere, **eo quod manifesta sunt** in suis causis, sed non in se, nihil aliud hic dicendum est quam quae dicta sunt in principio libri, ubi dicebatur in parte illa quae est de antepaedicamentis, quod habere est ut calceatum esse (2a2), ubi autem in loco esse (2a1), quando in tempore esse significat (cf. 2a2). Alia autem, quae ibi dicta sunt de his, sunt hic supponenda.

### OPPOSITIO QUADRUPLEX.

Quot modis (11b17) solet oppositio fieri dicendum est. Et dicitur quattuor modis, scilicet aut oppositio relativa, ut duplum opponitur dimidio; /15r/ aut contraria, ut bonum malo; aut secundum privationem et habitum sive privative, ut caecitas visui; aut contradictoria, ut sedet, non sedet.

**Quaecumque** (11b25) opponuntur ut relativa secundum esse suum dicuntur ad suum oppositum in genere, vel ablative vel dative vel accusative vel ablative cum praepositionis circumstantia. Exempla ponit in principio capituli de relatione (6a36).

Et sciendum quod secundum diversas naturas dicuntur aliqua relativa et opposita. Quia enim ad invicem comparantur et simul sunt natura, ideo dicuntur relativa. Quia vero non possunt eidem et /secundum/ eundem respectum inesse, dicuntur opposita.

**Illa vero quae** (11b33) sunt contrarie opposita, ipsa secundum esse quod habent non dicuntur ad aliquid secundum aliquam casualem

---

<sup>43</sup> et ms.

habitudinem. Non enim (11b35) dicitur bonum malo bonum, sed contrarium. Neque enim album nigri<sup>44</sup> album, sed contrarium. Manifestum est igitur quod contraria oppositio differt a relativa oppositione.

Contrariorum vero quaedam sunt mediata, quaedam immediata.<sup>45</sup> Contraria immediata (12a10) sunt quorum alterum necesse est semper in esse subiecto. Contraria mediata (12a2) sunt quorum alterum non necesse est semper esse in subiecto. Exemplum de contrarii<s> immediatis, ut languor et sanitas (12a4). Necesse est enim inesse corpori animalis per naturam alterum istorum. Similiter par et impar (12a6) inest numero, aut abundans aut perfectum. Istorum autem nihil est medium.

Et sciendum quod numerus perfectus est cuius partes aliquotae simul sumptae praecise reddunt suum totum, ut patet in senario, id est in VI; et 28.<sup>46</sup> In senario patet quod tria bis sumpta reddunt VI; 2 ter sumpta reddunt VI. Item sumendo partes prius numerantes senarium progressive, sic: 1, 2, 3, reddunt /15v/ praecise senarium.

Pars aliquota dicitur illa quae aliquoties sumpta, ut bis vel ter vel plures, praecise reddunt suum totum. In 28 idem patet quod in senario, quia 14 bis sumpta reddunt totum. Similiter 7 quater sumpta reddunt totum. Item semel 28 faciunt 28. Item sumendo partes prius numerantes 28, sic: 1, 4, 7, 2, 14 faciunt 28. Nullus alias numerus infra centenarium<sup>47</sup> erit perfectus praeterquam 6 et 28.<sup>48</sup>

Abundans dicitur cuius partes aliquotae simul sumptae plus reddunt quam totum, ut sunt XII, quia bis sex faciunt XII, et ter quattuor similiter faciunt XII; sed istae partes numerantes, scilicet 2, 6, 3, 4 non faciunt XII, immo plus, quia 15.<sup>49</sup>

Potest autem abundans sumi pro numero impari, et perfectum pro numeri pari. Sed si sic sumatur, erit conculcatio verborum; propterea sumatur sicut dictum est prius.

<sup>44</sup> magis ms.

<sup>45</sup> Cf. Boethius *In Topica Ciceronis* IV (PL 64) 1119: Nam quae contraria sunt, partim mediata sunt, partim vero medio carent.

<sup>46</sup> Cf. Boethius (attr.) *De institutione arithmetica* I,19 (1867) 41: ...ille numerus, qui perfectus dicitur ... ut VI vel XXVIII. Cf. Euclides *Elementa* VII def. 17 (ed. H. Busard) 197: Numerus perfectus est qui omnibus suis partibus quibus numerantur aequalis est.

<sup>47</sup> cenarium ms.

<sup>48</sup> Cf. Boethius (attr.) *De institutione arithmetica* I,20 (1867) 42: Sunt autem perfecti numeri intra denarium numerum VI, intra centenarium XXVIII

<sup>49</sup> Cf. Boethius (attr.) *De institutione arithmetica* I,19 (1867) 39-40: Atque illi quidem, quorum partes ultra quam satis est sese porrexerint, superflui nominantur, ut sunt XII vel XXIII. ... Est enim duodenarii medietas VI pars tertia IIII pars quarta III pars sexta II pars duodecima I; omnisque hic cumulus redundat in XVI.

Exemplum (12a18) de contrariis mediatis est ut album <et> nigrum habent fieri in corpore animalis per naturam, non tamen necessarium est quod alterum semper insit subiecto; quia medium inest aliquando, ut fuscum, pallidum, et alia media.

Similiter (12a19) pravum et studiosum sunt contraria mediata; sed non est necesse alterum eorum semper inesse subiecto de quibus praedicantur. Est enim aliquod medium inter haec, ut quod neque est pravum neque studiosum. In talibus autem (12a22) omnibus in quibus non est nomen impositum mediis, sumenda sunt media per abnegationem utrorumque extremorum.<sup>50</sup>

Privative opposita (12a26) sunt quae habent fieri circa idem subiectum suo ordine, ut **visio et /16r/ caecitas circa oculum**. Tunc enim secundum ordinem dicitur aliquid privari quando illud quod natum est habere nullo modo habet post tempus determinatum a natura, ut catulus post nonum diem.<sup>51</sup>

Item (12a31) non dicitur aliquid privari dentibus nisi post tempus determinatum a natura caret dentibus. Tunc dicitur, si careat dentibus, edentulus. Non enim dicitur omne animal edentulum non habens dentes. Multa enim sunt animalia dentes a natura non habentia, neque visum; quae proprie non dicuntur privari dentibus neque visu, cum illa non habeant a natura.

Privatio vero (12a35) et privari, **et habere habitum** et habitus, non sunt idem. Nullum enim istorum praedicatur de altero. Quia visus est habitus; habere visum non est visus; ergo habere visum non est idem cum hoc habitu qui est visus. Similiter (12a37) caecitas est privatio; sed esse caecum non est caecitas; ergo privari non est idem quod privatio.

Dato etiam (12a40) quod sint eadem, accidit impossibile, hoc scilicet quod 'homo sit caecitas', quod sic patet: si essent privari et privatio eadem, de se invicem praedicarentur et de eodem. Cum igitur caecum esse, quod est privari, praedicaretur de homine sic dicendo 'homo est caecus', et praedicabitur caecitas de eodem sic dicendo 'homo est caecitas', quod est impossibile.

Licet autem (12b1) non sint eadem privari et privatio, et habere habitum et habitus, tamen eodem modo opponuntur habere habitum et

---

<sup>50</sup> Cf. Ioannes Duns Scotus *Quaestiones in librum Praedicamentorum* q. 37-38 (1893) 526b: Notandum quod contrariorum quaedam sunt immediata, quorum alterum necesse est inesse omni susceptibili; alia sunt mediata, quorum non necesse est alterum inesse. Et mediatorum quaedam habent media per participationem, quae media aliquid habent utriusque extremi; quaedam tantum habent media per abnegationem.

<sup>51</sup> Cf. Aristoteles *Metaph.* V,22 1022b26-7: homo cecus visu privari dicitur et talpa, hoc quidem secundum genus illud vero secundum se. Cf. Johannes de Siccavilla *De principiis naturae* (1956) 42: nec est dicendum lapidem esse caecum, neque catulum ante nonum diem.

privari sicut habitus et privatio. **Nam sicut caecitas visui opposita est, sic caecus esse ad visum habere oppositum est** (12b4).

Nunc (12b6) de oppositione secundum affirmationem et negationem dicendum est. Et primo quod affirmatio et negatio, /16v/ et res quae significatur per affirmationem et negationem, non sunt idem. Et quidquid est affirmatio vel negatio est oratio; sed quod iacet **sub affirmatione et negatione**, sive res quae significatur per affirmationem et negationem, non est oratio; ergo non sunt eadem.

Licet (12b10) autem non sunt idem, tamen eodem modo opponuntur affirmatio et negatio, et res quae subest affirmationi et negationi. **Sicut enim** haec affirmatio 'Sortes sedet' opponitur huic 'Sortes non sedet', eodem modo opponitur haec res: sedere ad non-sedere.

Quod (12b15) privative opposita non opponuntur ut relative patet duabus rationibus. Prima ratio est quod omnia opposita relative dicuntur ad sua opposita in aliquo casu;<sup>52</sup> sed privative opposita in nullo casu. **Visus enim non dicitur caecitatis visus**, nec caecitas<sup>53</sup> visionis caecitas, nec in aliquo alio casu.

Secunda ratio (12b22) est quod omnia relativa dicuntur ad convertentiam;<sup>54</sup> ergo si privative opposita opponuntur ut relativa, dicuntur ad convertentiam. Sed hoc est falsum; igitur primum. **Non enim dicitur visus caecitatis visus**, nec econverso.

Quod autem (12b26) privative opposita non opponuntur ut contraria patet duplici ratione. Prima talis est: quaecumque opponuntur ut contraria, opponuntur ut contraria mediata vel immediata; sed privative opposita non opponuntur ut contraria mediata nec<sup>55</sup> immediata; ergo non opponuntur ut contraria.

Non autem opponuntur privativa ut contraria mediata, cum contraria mediata sint, ut dictum est supra,<sup>56</sup> quorum non necesse est alterum inesse subiecto. Et hoc est verum nisi in illis substantiis quibus naturaliter unum inest determinate, ut calidum igni et album nivi. In privativis autem (13a3) non est sic, quia necesse est alterum privative oppositorum semper post tempus determinatum a natura inesse subiecto; non tamen determinate unum, sed privatio vel habitus sub disiunctione. In contrariis autem mediatis quibusdam non sic est, ut prius patet.<sup>57</sup> /Oxford Bod. Digby 2 f. 80r/

---

<sup>52</sup> Cf. supra in 6a37.

<sup>53</sup> cecitatis *ms.*

<sup>54</sup> Cf. supra in 7a22.

<sup>55</sup> vel *ms.*

<sup>56</sup> Cf. supra in 12a2.

<sup>57</sup> Cf. supra in 12a2.

Similiter non opponuntur privative opposita ut contraria immediata, cum contraria immediata, ut dictum est,<sup>58</sup> sint quorum necesse est alterum semper inesse subiecto, ut patet in languore et sanitate; sed sic non est in privativis. Non enim necessarium est alterum eorum inesse susceptibili. Catulus enim, licet sit, non tamen ante nonum diem dicitur habere caecitatem vel visionem.<sup>59</sup>

Unde palam est quod privative opposita neque opponuntur ut mediata neque ut immediata.

Secunda ratio ad idem: **in contrariis** tam mediatis quam immediatis fit permutatio **in alterutrum** (13a19) – nam quod sanum est, potest languere; et quod albus fuit, potest fieri nigrum – nisi unum determinate insit, ut igni calidum esse; <in> privative oppositis nequaquam. Non enim fit regressio a privatione «ad habitudinem» (13a31), ut caecus sit videns, vel calvus<sup>60</sup> comatus (13a34). Nec [e]dentatur dentes <non> habens, nisi fuerit puer in quo est materia iterum ad dentes. In contrariis autem non sic est, quia quod modo est sanum, iam potest fieri aegrum, et econverso. Et quod modo est pravum, iam potest fieri studiosum sive bonum.

Et patet duplici ratione. Prima (13a23) est: pravus deductus ad exercitationes meliorum operum et doctrinas erit dispositus ad virtutem; sed dispositio est materialis ad hanc «virtutem; sic a» pravo potest fieri studiosus. Si enim aliquis pravus continue modicum incremen«tum» et modicum virtutis sumpserit, manifestum quod aut perfecte mutabitur in studiosum, aut satis magnum incrementum virtutis habebit.

Secunda (13a25) ratio est quod aliquis per meliores exercitationes et doctrinas potest sumere aliquod incrementum virtutis; ergo per plures exercitationes meliores et doctrinas magis disponitur ad virtutem. Probabile igitur est quod sic sumendo continue virtutis <in>crementum, perfecte possit fieri virtuosus, et hoc nisi fuerit temporis /80v/ interpolatio inter bonas operationes.

Patet igitur quod privative opposita non opponuntur ut contraria.

**Quaecumque** ut affirmatio et negatio opponuntur (13a37), id est contradictoria, non opponuntur aliquo alio genere oppositionis, quia in contradictoriis et non in aliis necesse est alteram partem esse veram et reliquam falsam; igitur non opponuntur ut alia.

Quod non in aliis patet. Non enim **in contrariis** (13b3) necesse est unam partem esse veram et reliquam falsam, ut sanitas et languor; neutrum enim neque verum neque falsum est. Neque in relativis necesse est unam partem esse veram et alteram falsam, ut dimidium, duplum. Neque in privativis, ut visio, caecitas.

---

<sup>58</sup> Cf. supra in 12a10.

<sup>59</sup> Cf. supra in 12a26.

<sup>60</sup> catulus *ms.*

Et quod in istis non necesse est unam partem esse veram et alteram falsam, patet duabus rationibus.

Prima talis est: nullum (13b11) incomplexum est verum vel falsum; sed quae opponuntur aliis oppositionibus quam contradictorie opposita<sup>61</sup> sunt incomplexa; ergo non significant verum vel falsum.

Secunda ratio talis est: magis (13b13) videtur quod contrariorum complexorum et privative oppositorum complexorum sit semper una pars vera et reliqua falsa quam incomplexorum; sed horum nequaquam; ergo aliorum quam contradictoriorum non erit una pars vera et reliqua falsa.

Quod contrariorum complexorum non semper sit una pars vera et altera falsa patet: cum enim Willelmus non sit, neque erit verum 'Willelmum esse sanum' neque 'aegrum'.

In privatione vero et habitu (13b21) similiter est quod <non> necesse est alteram partem esse veram et alteram falsam semper, licet fuerint complexa. Ut 'Willelmus habet visum', 'Willelmus est caecus', illa sunt opposita privative complexa; et tamen, Willelmo non existente, neutra pars est vera, scilicet neque 'esse caecum' neque 'esse videntem'.

In affirmatione vero et negatione, (13b26) sive subiectum sit sive non sit, semper erit altera pars vera /81r/ et altera falsa. Willelmo non existente, falsum est ipsum languere; verum autem est non languere.

Quare (13b33) manifestum est quod solum in contradictoriis altera pars est vera et altera falsa.

**Contrarium autem** (13b36) bono ex necessitate est malum: ut [[necessari]] sanitati quae est bona, languor, [id est] qui est malus, est contrarius; \et/ iustitiae iniustitia; et fortitudini debilitas contraria est. **Malo autem** (14a2) alicui speciali est bonum contrarium aliquando, ut debilitati est fortitudo contraria; aliquando quidem est malum malo contrarium. **Egestati enim, cum sit malum, superabundantia contraria est,** (14a4) quae etiam mala est. **Sed haec contraria in paucis, scilicet quod malum malo sit contrarium; in pluribus vero semper malum est contrarium bono.**

Et sic ponunt<ur> duae proprietates de contrariis moralibus, scilicet de bono et malo. Quarum prima est ut dictum est quod bono de necessitate malum est contrarium. Secunda est quod malo tam contrariatur bonum quam malum.

Sunt autem et aliae proprietates per quas differunt contraria ab aliis generibus oppositionum.

Prima (14a8) proprietas est quod, posito uno contrariorum, non necesse est alterum poni. Exemplum in contrariis incomplexis immediatis: scilicet quod sanitas insit Willelmo actu, languor ei non inerit actu. Exemplum in contrariis mediatis: cum enim aliquis fuerit albus actu, non erit niger actu in eodem tempore. Exemplum in contrariis complexis: si

---

<sup>61</sup> opposite ms.

enim haec 'Sortes est sanus' est propositio vera, tunc propositio de contrario praedicato erit falsa: haec scilicet 'Sortes est languens' sive 'aeger'. Et per hanc proprietatem<sup>62</sup> differunt contraria a relativis, ut praedictum est.<sup>63</sup>

Alia (14a15) proprietas est contrariorum, scilicet quod **habent fieri** circa idem subiectum secundum naturam, aut specie aut genere. Circa idem genere, ut sanitas et aegritudo /81v/ habent fieri in corpore animalis per naturam; et similiter albedo et nigredo habent fieri in corpore [animalis], quod est genus. Circa idem specie, ut iustitia et iniustitia habent fieri in anima rationali. Et per hanc proprietatem differunt contraria a contradictorie oppositis; contradictoria non habent fieri circa idem genus nec circa eandem speciem.

Quinta (14a19) proprietas est contrariorum, scilicet **omnia contraria** esse in eodem genere vel in diversis generibus vel ipsa esse genera aliorum. In eodem genere, ut album <et> nigrum in colore, qui est eorum genus. In diversis generibus, ut<sup>64</sup> iniustitia in genere nequitiae, iustitia autem in genere virtutis – virtus enim et nequitia sunt iustitiae et iniustitiae proxima genera; habent tamen idem genus remotum, ut habitum et dispositionem. Sunt genera aliorum et non sunt in eodem genere, ut bonum \et/ malum. Ipsa enim ita sunt generalia quod circumeunt omne genus, sicut habitus et privatio.

**Prius** (14a26) **alterum altero** dicitur quattuor modis.<sup>65</sup>

**Primo** (14a27) modo proprie dicitur illud esse prius quod secundum tempus prius est altero, secundum quod aliquid dicitur esse antiquius altero, ut lignum<sup>66</sup> vel lapis domo;<sup>67</sup> vel senius, ut homo altero homine senior dicitur, et asinus altero asino.

**Secundo** (14a30) modo dicitur prius esse aliquid ad cuius esse non sequitur esse alterius cum tamen convertatur, ut unus dicitur esse prior duobus quia sequitur 'duo ergo unum' et non econverso; propter hoc unum est prius natura quam duo vel tria.

**Tertio** (14a35) modo dicitur aliquid esse prius altero secundum ordinem cognitionis, ut patet in quadrivialibus scientiis. In geometria enim priora sunt principia, id est petitiones et communes animi conceptiones,<sup>68</sup>

<sup>62</sup> contrarietatem ms.

<sup>63</sup> Cf. supra in 13b13.

<sup>64</sup> et ms.

<sup>65</sup> *Adnotatio in imo fol.*: Prius secundum Augustinum in fine XII *Confessionum*: aeternitate, et sic deus praecedit omnia; tempore, et sic flos praecedit fructum; electione, et sic fructus florem; origine, et sic sonus cantum.

<sup>66</sup> lingum ms.

<sup>67</sup> vel domus ms.

<sup>68</sup> Cf. Euclides *Elementa* (ed. H. Busard) 32-3.



quam illa quae probantur per principia. Similiter hoc patet in trivialibus scientiis. **In grammatica** (14b2) enim litterae sunt priores syllabis; et in rhetorica prooemium est prius quam narratio. /82r/ Et sciendum quod prooemium est "principium orationis per quod <anima> auditoris <constituitur> ad audiendum. Narratio autem est rerum gestarum aut prout gestarum expositio."<sup>69</sup>

Quarto (14b4) modo dicitur prius quod dicitur apud aliquos [[in]] esse **melius et honorabilius**. Consueverunt enim plurimi dicere 'priores' quos magis dilexerunt et honoraverunt. Iste autem modus prioris videtur extraneus, quia solum dicitur in comparatione ad quosdam.

Quattuor autem modi praedicti constituti sunt et usati.

Quintus (14b11) autem modus est quando<sup>70</sup> illud dicitur esse prius quod convertitur secundum consequentiam<sup>71</sup> in essendo ita quod esse unius sequitur ad esse alterius, et illud ad quod sequitur aliud est causa eius quod ad ipsum sequitur. Verbi gratia, res significata per hanc orationem 'homo est' sequitur ad orationem vere illam significantem secundum consequentiam in essendo, et e converso. Nam si ita est in re quod homo est, vera \erit/ oratio per quam dicitur 'homo est', et e converso. Nam ad hanc orationem esse veram sequitur quod ita est in re. Oratio<sup>72</sup> autem non est causa ut res sit, sed res significata per orationem est causa ut oratio sit vera vel falsa. **In eo enim quod res est vel non est**, est oratio vera vel falsa, ut supra dictum est in fine capituli de substantia (4b9).

Patet igitur quod quinque modis aliquid dicitur prius altero.

**Simul autem dicuntur** (14b24) tripliciter, et **proprie quorum generatio est in eodem tempore**, id est quae simul incipiunt. Neutrum enim eorum quae simul incipiunt et simul manent est prius vel posterius altero. Simul igitur dicuntur aliqua primo modo quae sunt simul tempore.

Secundo (14b27) modo dicuntur aliqua esse simul natura quaecumque sequuntur ad consequentiam in essendo, **sed nequaquam causa est alterum alteri ut sit, ut in duplo** et dimidio et in aliis vere relativis. Sequitur enim si duplum est, dimidium est, et e converso, **sed neutrum est causa alterius ut sit; et hoc /82v/ intelligatis** prout correlativa sunt. Illud tamen quod subest uni potest esse causa illius quod subest alteri, ut illud quod est pater prius est filio.

<sup>69</sup> Cf. pseudo-Cicero *Rhetorica ad Herennium* I, 3/4 (ed. Marx) 3: Exordium est principium orationis per quod animus auditoris constituitur ad audiendum. Narratio est rerum gestarum aut proinde ut gestarum expositio. Cf. Robertus Kilwardby *De ortu scientiarum* LIX, 589 (ed. Judy 1976):203.

<sup>70</sup> quod ms.

<sup>71</sup> convertentiam ms.

<sup>72</sup> Cf. Petrus Hispanus *Tractatus* III,30 (1972):40.

Tertio (14b33) modo dicitur aliquid esse cum alio **simul naturaliter**, ut illa quae dividuntur per oppositum respectu eiusdem generis, sive quae [[addunt]] dividunt idem genus – ut volatile, aquatile, gressibile, quae dividunt animal; nullum eorum est prius vel posterius altero. Item animal gressibile et animal aquatile et animal volatile dividuntur per species: ut animalium gressibilium quaedam sunt homines, quaedam boves; et animalium aquatiliū quaedam sunt aves, quaedam pisces; et animalium volatiliū quaedam sunt aves, quaedam muscae vel apes. Quae omnes species dicuntur esse simul eo quod dividunt aliquod genus proximum. Ipsa vero genera divisa semper priora sunt speciebus dividendibus. Nec convertuntur (15a5) genera cum suis dividendibus secundum consequentiam in essendo; non enim sequitur ‘est animal, ergo aquatile’ vel aliud huiusmodi.

Sic igitur ponunt<ur> illi tres modi eius quod est esse simul.

**Motus autem** (15a14) sex sunt species, scilicet generatio, corruptio, quae sunt duae species motus [sunt] in substantia. Augmentum autem et deminutio sunt aliae duae species motus, et sunt in quantitate. Alteratio vero est quinta species et est in qualitate. Et secundum locum mutatio est sexta, et est in ubi. Nulla autem istarum sex specierum est altera in veritate; nulla enim de altera praedicatur.

**In alteratione** (15a18) vero est dubitatio, ut scilicet utrum conveniat vel sit eadem cum aliqua alia specie motus. Sed non est sic. Non enim movetur aliqua alia specie motus illud quod alteratur; ergo per locum a coniugatis<sup>73</sup> alteratio non est aliqua alia species motus. Hoc patet quod possumus alterari ab una qualitate in aliam <et etiam> transmutari omnibus modis, fere /83r/ nulla aliarum specie<rum> motus cum alteratione existente. Et dico ‘fere’ propter alteratione<s> ad quas requiritur mutatio secundum locum sive propter<sup>74</sup> alterationes quae secundum<sup>75</sup> loci mutationem fiunt; in illis enim alterationibus est loci mutatio aliquo modo annexa et quo<dammodo> adiuvans, non tamen ita quod alteratio sit loci mutatio vel econverso. Patet igitur quod alteratio non est aliqua alia species motus: nam si esset, (15a26) necesse esset tunc alteratio augeri vel minui vel aliqua alia specie motus moveri; sed hoc est falsum; ergo primum.

Item (15a28) si alteratio esset eadem cum aliis speciebus motus, tunc econverso esset quaelibet species motus [esset] alteratio; sed hoc est manifeste falsum. Quedam enim sunt augmentata quae tamen **non alterantur**, id est non moventur a qualitate contraria in contrariam. Verbi gratia, **quadrangulus**, (15a30) circumscripto sive addito gnomone,

---

<sup>73</sup> Cf. Boethius *De topicis differentiis* (1860): 1197B.

<sup>74</sup> secundum ms.

<sup>75</sup> propter ms.

augmentatus est, non tamen alteratus; adhuc enim est quadrangulus sicut prius.

Et intelligatis quod gnomon est talis figura:<sup>76</sup>



Et vocetur 'a b c'. Quadrangulus autem est figura habens quattuor latera et quattuor angulos, verbi gratia:



Et vocetur 'd'. Si vero isti quadrangulo addatur gnomon, sic iam augmentatur quadrangulus. Est enim ut patet 'a b c d' maior quam sit 'd' solum.



Tamen non alteratur figura, quia non est alterius modi figura nunc quam prius. Prius enim fuit quadrangulus, et adhuc est quadrangulus; maior tamen modo quam prius. Sed non est mutatio in qualitate, quia non est sub alia specie figurae quam prius. Patet igitur quod aliquid potest augmentari, non tamen alterari. Et loquor de augmento qualicumque, sive naturali /83v/ sive per quamcumque<sup>77</sup> appositionem sicut est in proposito. Patet igitur quod alteratio non est aliqua alia species motus.

Alio modo potest ostendi qualiter quadrangulus crescit sive augmentatur circumposito gnomone, sicut habetur in principio Geometriae secundi libri:<sup>78</sup> 'a b' parallelogrammum sive rectangulum et 'c d' parallelogrammum sunt parallelogrammata consistentia circa diametrum, quia diameter secatur eum per medium verbi gratia; 'e' autem et

---


<sup>76</sup> Ms. habet:



<sup>77</sup> aliquamcumque ms.

<sup>78</sup> Cf. Euclides *Elementa* Liber II, def. 2 (ed. Basileae 1546) 40: Omnis parallelogrammi spatii, ea quidem quae diameter secatur per medium parallelogramma, circa eandem diametrum consistere dicuntur. Eorum vero parallelogrammorum quae circa eandem diametrum consistunt, quodlibet una cum supplementis duobus, gnomon nominatur.

'f' [[diametrum consistere]] dicuntur duo supplementa verbi gratia. Quodlibet enim horum parallelogrammatorum, quae circa eandem diametrum consistere dicuntur, cum duobus supplementis vocatur gnomon. Verbi gratia, 'c d' cum 'e' et 'f', ut est haec figura, vel 'a b' cum 'e' et 'f', ut patet in hac figura:<sup>79</sup>



Unde si haec gnomon 'a b f e' componatur tunc cum 'c d' quadrangulo, tunc augmentabit quadrangulum cum quo componitur; et tamen non alteratur quadrangulus, sed manet idem quadrangulus. Manet enim 'c d' semper idem. Similiter si haec gnomon 'c d e f' componatur cum 'a b', augmentabit quadrangulum, sed non alterabit. Et sic patet qualiter aliquid potest augmentari, licet non alterari.

Est autem (15b1) motui in communi quies contraria. In speciali vero corruptio generationi est contraria, et deminutio est contraria augmentationi. Mutationi secundum locum est quies secundum locum opposita; vel mutationi secundum locum in sursum est contraria <mutatio> secundum locum deorsum, et econverso.

Alterationi (15b7) vero non facile est assignare quid sit contrarium, nisi diceret aliquis alterationi, cum sit transmutatio unius qualitatis in qualitatem contrariam, quietem contrariari /84r/ – quae quidem quies est existentia in loco vel in re alia se habente nunc ut prius. Vel nisi quis dicat unam alterationem in qualitate in contrariam, ut a nigro in album, contrarium esse sive oppositam alterationi quae est ab eadem qualitate ultima in primam, ut ab albo in nigrum; sicut potuit prius dici quod mutationi secundum locum est duplex contrarium, scilicet quies et mutatio ab uno loco in alium locum contrarium. Patet igitur quod alterationi duplex poterit assignari contrarium: scilicet quies existentia qualitatis in aliqua re nunc ut prius; et etiam alterationi quae est ab albo in nigrum est alteratio contraria quae est a nigro in album.

Alteratio vero proprie est in qualitatibus, quare est mutatio ab una qualitate in qualitatem sibi contrariam, ut dictum est prius.<sup>80</sup>

Et sciatis quod oppositio et ordo secundum quam considerantur prius et posterius et simul consequuntur ad praedicamenta. Et similiter

<sup>79</sup> Figuram nos addidimus; in codice deest.

<sup>80</sup> Cf. supra in 15b7.

habitus de quo iam erit sermo sequitur ad praedicamenta; non autem erit sermo iam de eo secundum quod est praedicamentum.

Diversimode autem haec omnia sequuntur ad praedicamenta, quia quicquid sequitur ad praedicamenta aut sequitur ratione universalium aut singularium. Si universalium, aut ratione generalissimorum primo, et sic oppositio. Opponuntur enim genera generalissima, id est decem praedicamenta, inter se. Aut consequitur ratione illorum quae sunt in ipsis et sic ordo, ut prius, posterius, et simul. Si ratione singularium, aut consequitur ea prout sunt in fieri, et sic motus. Aut prout sunt in factum esse, et sic habitus sive habere.<sup>81</sup>

**Habere autem** (15b18) octo modis dicitur. Primus modus est secundum quem dicimur [[esse]] habere habitum vel dispositionem, aut aliquam aliam qualitatem, ut scientiam habere vel virtutem.

Secundus (15b20) modus est secundum quem dicimur habere quantitatem, /84v/ ut magnitudinem vel bicubitalem vel tricubitalem.

Tertius (15b22) modus est secundum quem dicimur habere ea quae circa corpus sunt, ut vestimenta vel armaturas (cf. 1b25).

Quartus (15b23) modus est secundum quem dicimur habere aliquid in membro, ut anulum in digito et torquem in brachio, ut consueverunt antiqui.

Quintus (15b24) modus est secundum quem dicimur habere partem integram, ut **manum vel pedem**.

Sextus (15b25) modus est secundum quem dicitur vas habere aliquid, <ut> modius dicitur habere **grana tritici et lagena vinum**.

Septimus (15b27) modus est secundum quem dicimur habere **possessionem** aliquam, ut agrum vel domum.

Octavus (15b28) modus est secundum quem dicitur vir habere uxorem et uxor virum. Sed iste modus habendi videtur esse extraneus; nihil enim aliud significatur per hoc quod vir dicitur habere uxorem nisi de quod cohabitat cum uxore, et cohabitare non dicitur proprie habere.

---

<sup>81</sup> Cf. Anonymus *Quaestiones et notabilia circa librum Praedicamentorum*, ms. Vat. lat. 2141 f. 48ra: Ultimo quaeritur quare sunt tantum quinque postpraedicamenta et non plura nec pauciora. Dicendum quod postpraedicamenta sumuntur ex comparatione rerum praedicamentorum ad invicem. Aut ergo sumuntur ex comparatione rerum praedicamentorum ad invicem sub identitate, vel partim sub identitate et partim sub diversitate. Si primo modo, sic est oppositio. Si secundo modo, tunc divido. Aut hoc est penes comparationem superiorum ad inferiora, aut penes comparationem inferiorum ad invicem. Si primo modo, sic est prius. Si secundo modo, sic est simul; inferiora enim sunt simul secundum duae comparationes. Si illa comparatio sit per accidentalialia, tunc divido. Aut illud accidens est in fieri aut in facto esse. Si in fieri, sic est motus. Si in facto esse, sic est habere.

Fortasse (15b31) alii dicunt<ur> modi eius quod est habere. Sed praedicti sunt maxime usitati. Propterea de aliis, si qui fuerint, relinquatur intentioni studentis.

Explicit Summa libri Praedicamentorum quam fecit Willelmus frater de Montoriel.

Willelmus de Montoriel me fecit; praevaleo mel.